



GENNIGES
DE COMPOSITIS AESCHYLEIS.


STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES



DE

COMPOSITIS AESCHYLEIS.

Teildruck, p. 32
Wo das Ganze erschienen?

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
A PHILOSOPHORUM ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

AEMILIUS GENNIGES

RHENANUS.

[illegible] Hermann Schulz, Composita bei [illegible]
Diss. Königsberg A° 1882.

HALIS SAXONUM


TYPIS PETRI HAUPTMANNI

MDCCCXC

ALBRECHTO DIETERICH
FRANCISCO SKUTSCH
SIEGFRIEDO SUDHAUS

AMICISSIMIS

S.



Indorum grammatici, quorum clarissimus est Pânini (de quo cf. Whitneium gramm. ind. praef. p. XIII), nomina composita diviserunt in classes sex. Sunt hae:

1) Copulativa (dvandva).
2) Determinativa casualia (tatpurusha).
3) Determinativa attributiva (karmadhâraya).
4) Determinativa numeralia (dvigu).
5) Possessiva (bahuvrîhi).
6) Adverbialia (avyayîbhâva).

Hanc partitionem cum per se pravam esse et mancam nonne quintae quoque classis composita in casualia, attributiva, numeralia dividenda sunt? cf. F. Justium in libro die Komposition der Nomina im Indogermanischen' Gotting. 1861 p. 119 sqq. — tum in Graecam linguam minime quadrare iam diu perspectum est. cf. Guil. Clemmium C. St. VII p. 5. „Gerade das Griechische wäre dabei am schlechtesten weggekommen, weil es in der Ausbildung und feineren Entwicklung der Komposita einen seiner glänzendsten Vorzüge entfaltet und seine Ueberlegenheit über alle andern Sprachen so augenfällig darthut."

Neque vero ulla distributio omnibus numeris absoluta inveniri potest, si praecipue logica ratio compositorum membrorum respicitur. Immo vero grammatica ratio compositorum partitioni subicienda est.

Quod primus intellexisse videtur Jacobus Grimmius gramm. II. p. 405 sq. Secuti sunt alii, ex quibus de compositis Graecis optime meritus est Leopoldus Schroederus in libro, qui inscribitur ‚Ueber die formelle Unterscheidung der Redeteile im Griechischen und Lateinischen mit besonderer Berücksichtigung der Nominalkomposita' Lips. 1874. Schroederus omnia composita Graeca divisit in:

A. Comp. immutata. In his compositis membrum posterius suam propriam naturam servat.

Appellationem ‚immutata' iam Delbrueckius vituperavit in actis litter. Jenens. 1874 p. 882 „da jeder auf den ersten Blick immutata mit ‚verändert' und nicht mit ‚unverändert' übersetzen wird."

‚Non mutata' Franciscus Skutschius in dissertatione inaugurali ‚de nominum Latinorum compositione quaestiones selectae' Bonnae 1888 p. 7 proposuit, quod mihi probatur. [1])

B. Comp. mutata. Quod erat substantivum, fungitur nunc adiectivi munere.

In utraque classe Schroederus quinque componendi rationes distinguit. Componuntur:

I 1) substantivum et substantivum.
2) adiectivum et „
3) particula et „
4) pronomen et „
5) numerale et „

II 1) substantivum et adiectivum.
2) adiectivum et „
3) particula et „
4) pronomen et „
5) numerale et „

Ne haec quidem Schroederi partitio sufficit; omnia enim composita, quorum membrum posterius nomen primarium est, proprio nomine, ‚synthetische Komposita' significata secernit l. c. p. 207. Quod minime mihi probatur; talia enim composita in tertia compositorum non mutatorum classe collocanda sunt. Saepe autem dubitari potest, utrum composita quaedam huic classi an mutatis attribuenda sint, ut μεγασθενής ortum esse potest ex μέγα et σθένω aut ex μέγα et σθένος. Nam recte Conradus Zacherus in libello ‚Zur griechischen Nominalkomposition' Vratisl. 1886 p. 32 haec disputat:

„Daher ist es oft schwer, wenn nicht unmöglich, im einzelnen Falle anzugeben, ob wir es mit einem verbalen oder nominalen zweiten Teile zu thun haben."

---

[1]) Eiusdem auctoris liber ‚die lateinische Nominal-Composition' proximis mensibus edetur.

Zacherus ipse omnia fere eiusmodi composita ad verba revocat, cum alii, ut Schroederus, enixe operam dent, ut quam plurima cum nominibus composita esse demonstrent. Id certe Zachero concedendum est, quod l. c. p. 66 profitetur:

„Aber soviel glaube ich nachgewiesen zu haben, dass viel häufiger, als es gewöhnlich geschieht, den zweiten Gliedern von Komposita verbale Bedeutung und Ableitung zuzuschreiben ist.“

Auxilia, quae Zacherus ad naturam membri posterioris intellegendam p. 32—61 affert, haec sunt:

1) accentus p. 32—45. At ipse hoc argumento non multum profici concedit, cum dicit:

„Wir werden aber sofort sehen, dass die Accentuation nur für einige wenige Bildungen ein Mittel an die Hand giebt zu erkennen, ob der zweite Teil verbal oder nominal ist, und auch da kein absolut sicheres.“

2) poetarum etymologiae p. 46—48.

3) formae cognatae, quae utrum cum verbo an nomine composita sint, dubitari nequit, ut νεότυκτος, quo adiectivo illustratur dubia forma νεοτευχής. p. 48—49.

4) grammaticorum interpretationes p. 49—61.

Sed ne his quidem auxiliis instructus multum proficias. Certa regula reperiri nequit. Singillatim in unaquaque voce deliberandum est, utrum sit verisimilius.

Ut igitur Schroederus ea composita, quae formam primariam posteriore loco habent, vera composita esse negat, ita ea, quae priore verbum praebent, nequaquam propria classe complectitur, sed valde dubitat, quid iis faciendum sit. Affert ea inter mutata, quae e substantivo et substantivo constant, asteriscum addit, ‚dunkel' et ‚unsicher' ea vocat. (l. c. p. 383.)

Id autem maximum Guilelmi Clemmii meritum est, quod dissertatione, quam ad veniam legendi rite capessendam scripsit, ‚de compositis Graecis, quae a verbis incipiunt' Gissae 1867, multorum compositorum membrum prius verbum esse demonstravit. Quod initio haud multis probabatur. Nam

plurimi pro certo habebant, nomen tantum cum nomine et verbum cum verbo componi posse, neque videbant, quomodo lingua Graeca eo adducta esset, ut hanc legem antiquissimam abiceret. Exstitit Hermannus Osthoffius, qui libro suo praestantissimo omnique laude dignissimo ‚das Verbum in der Nominalkomposition im Deutschen, Griechischen, Slavischen und Romanischen' Jenae 1878 partes certantes conciliaret. Ostendit enim, initio quidem illam solam componendi rationem fuisse; deinde autem linguam composita ut αἰολοθώρηξ minus recte interpretatam dissolvisse in αἰόλλω et θώρηξ et tum secundum talium compositorum, quae et a nomine et verbo repeti possent, similitudinem multa nova vocabula e verbo et nomine composuisse. Tali errore reliqua omnia Osthoffius sagacissime explicat. Singula infra afferam.

Tertio denique vitio Schroederi nominum compositorum partitionem laborare vidit Whitneius, qui gramm. ind. § 1247 III mutata dividit in:

A. Possessiva et

B. in ea composita, quorum membrum posterius substantivum est, quod priore regitur; prius vero membrum est
  a) verbum.
  b) praepositio.

Pro nomine ‚possessiva' Skutschius l. c. p. 11 rectissime appellationem ‚metaphorica' proposuit, Osthoffium secutus, qui l. c. p. 128 docet:

„Das Karmadhâraya wird dadurch zu der Gattung als bahuvrîhi hinübergeführt, dass die Sprache den beim karmadhâraya in seiner eigentlichen, nicht übertragenenBedeutung stehenden Begriffsinhalt metaphorisch setzt. Jedes bahuvrîhi beruht im Grunde auf einer Metapher, insbesondere häufig auf der Spezies von Metapher, die man ‚pars pro toto' nennt."

Quae cum ita sint, composita ex Aeschyli Agamemnone (A), Choephoris (Ch), Eumenidibus (E), Supplicibus (S) a me collecta et tractata has in classes dividam:

A. Non mutata.

I. Membrum posterius est substantivum, prius

1) substantivum.
2) adiectivum.
3) pronomen.
4) numerale.
5) particula.

II. Membrum posterius est adiectivum aut participium, prius
1) substantivum.
2) adiectivum.
3) pronomen.
4) numerale.
5) particula.

III. Membrum posterius est nomen primarium, prius
1) substantivum.
2) adiectivum.
3) pronomen.
4) numerale.
5) particula.

B. Mutata.

I. Metaphorica.
Membrum posterius est substantivum et
a) sine terminationis mutatione, prius
1) substantivum.
2) adiectivum.
3) pronomen.
4) numerale.
5) particula.

et b) cum terminationis mutatione, prius
1) substantivum.
2) adiectivum.
3) pronomen.
4) numerale.
5) particula.

II. Membrum posterius regitur priore.
a) Membri posterioris terminatio non mutatur, prius est
1) Verbum.
2) Praepositio.

o) Membri posterioris terminatio mutatur, prius est
1) Verbum.
2) Praepositio.
Appendix I: Pseudo-Composita.
Appendix II: Iuxtaposita. [1])

A. Composita mutata.

I. 1. Vocabula, quae hac classe continentur, rationem casualem praebent praeter duo, ἰατρόμαντις et ἀστόξενος, quae primo obtutu iis vocabulis adnumeres, quae Indorum grammatici dvandva nominaverunt. Sed Gustavus Meyerus Uhdolfii ('de linguae Latinae vocabulis compositis' Vratisl. 1868) vestigia premens K. Z. 22 p. 1—31 demonstravit, „dass man im Griechischen von einer dvandvabildung, die auch nur ähnlich wie im Sanskrit Verbreitung gefunden hätte, nicht sprechen kann, und dass die wenigen als solche oder ähnlich zu erklärenden Bildungen (ut νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα 2. Cor. 11 25) derartig sind, wie sie sehr wohl selbstständig in dem Munde des Volkes oder dem Geiste des Kunstdichters aus dem Bedürfnisse des Augenblicks entstehen konnten, die aber keineswegs hinreichen, auf ursprüngliche Gemeinschaftlichkeit mit den ganz anders gearteten indisch-baktrischen dvandva schliessen zu lassen.“ p. 29. Discrimen inter linguam Sanscritam et Graecam est hoc: Illa uno vocabulo duo animantia vel duas res, haec duo attributa unius subiecti comprehendit. [2]) Duo igitur illa composita determinativa sunt; alterum membrum altero determinatur. Huius classis composita litterarum ordine enumerabo.

1) ἀνδρολέτειρα. A. 1466.
2) (ἀνδροσφαγεῖον [x])

---

[1]) Composita denominativa appendicis loco singulis classibus adiungam.

Nomina propria consilio omisi. Composita coniectura orta ( ), deleta [ ] inclusi.

῞Απαξ εἰρημένα signo (x) notavi. Aeschyli editione Weckliniana Berol. 1885 usus sum.

[2]) cf. Uhdolf. p. 40 et 41.

A. v. 1075—77 Mediceus praebet:

στέγην
μισόθεον μὲν οὖν, πολλὰ συνίστορα
αὐτοφόνα κακὰ καρτάνᾳ [1]).
ἀνδρὸς σφάγιον καὶ πεδορραντήριον [2]).

In antistropha (v. 1082) autem legitur:

ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας.

Quare recte mihi Dobraeus ἀνδρὸς σφάγιον in ἀνδροσφαγεῖον mutavisse videtur. [3])

ἀνδροσφαγεῖον idem significat quod ἀνδροκτονεῖον, de quo Phrynichus B. A. 28_9 ita disserit: ἀνδροκτονεῖον· ὁ τόπος, ἔνθα οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσιν. Λέγοιτο δ' ἂν ἀνδροκτονεῖα καὶ τὰ τῶν δημίων ἐνδιαιτήματα, ἐν οἷς τοὺς τῶν ἐπιθανάτων (leg. τοὺς ἐπὶ θανάτῳ) καταδικασθέντας καταχρῶνται.

3) ἀρχηγέτης S. 190. 257.

Ut in vocabulis cum φιλο compositis ita in iis quoque, quae priore loco ἀρχ praebent, natura huius membri initio nominalis erat; ita res se habet in ἀρχηγέτης. Deinde ἀρχ verbaliter interpretabantur, quod demonstratur compositis: ἀρχεδίκης Pind. Pyth. IV 110 (ed. Christ.) ἀρχέκακος Il. V 63 Aesch. Pers. 295. Aristoph. Equ. 164 (ed. Didot.) ἀρχέπλουτος Soph. El. 72 (ed. Nauck). ἀρχέπτολις Pind. Pyth. IX 54. ἀρχεπτόλεμος Il. VIII 128. ἀρχεσίμολπος Stesich. ap. Athen. p. 180 E. ἀρχέχορος Eurip. Troad. 150 (ed. Kirchhoff).

Vocali ε manifeste apparet, prius membrum esse verbale. [4]) Praeter ἀρχε ἀρχι quoque invenitur, primum in Eur. Cycl. v. 474 (ἀρχιτέκτων) et apud Herodotum; apud posteriorum temporum scriptores haec forma saepissime occurrit, maxime apud Byzantinos, qui ea ad multa illa munera aulica appellanda utebantur. ἀρχι ex ἀρχε multorum compositorum analogia ortum est, quae priore loco verbalem formam in ι exeuntem habent. [5])

---

[1]) καρατόμα Kayserus coniecit.

[2]) Censeo πέδον ῥαντήριον scribendum esse. (Ita iam Medicei manus secunda fecit.) Nimirum ῥαντήριον cum στέγην coniungendum accusativum πέδον regit.

[3]) Iam Casaubonus ἀνδροσφάγιον proposuit.

[4]) cf. Osthoffium l. c. p. 163—65.

[5]) vid. infra sub B II a_1 b_1 et cf. Clemmium C. St. VII p. 47 sqq.

4) ἀστόξενος. S. 360.

Hesychius s. v. ἀστόξενος (ed. Schmidt.) compositum ita explicat:

οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ γῆς ἀλλοδαπῆς γεγονότες. οἱ δὲ τοὺς ξένους μὲν ὄντας, ἐπὶ τιμῇ δὲ ἀστοὺς γενομένους.

Priorem Hesychii explicationem praeter alias Pollux quoque affert III 60 (ed. Bekker.):

ἀστόξενος δὲ κατὰ μέν τινας ὁ αὐτὸς τῷ ἰδιοξένῳ, κατὰ δέ τινας ὁ γένει μὲν ξένος, τιμῇ δὲ ἀστός, ἐνίοις δὲ δοκεῖ ὁ φύσει μὲν ἀστός, δόξῃ δὲ ξένος, ὡς Δαναὸς Ἀργείοις, ἀπὸ Ἰοῦς τῆς Ἀργείας ἔχων τὸ γένος.

Explicationem fusam de quattuor ξένων generibus [1]) affert Eustathius p. 405 33 sqq.[2]), quam ex Aelio Dionysio haustam esse ipse confitetur. Quo Eustathii loco legimus: ἀστόξενοι δὲ οἱ ἐκ προγόνων μὲν ἀστῶν, αὐτοὶ δὲ ξένοι καὶ ἀνανεώσεως δεόμενοι. ὁποῖος Ἀγαμέμνων ἐν Λυδίᾳ.

Idem dicunt s. v. ἰδιόξενος Photius in lexico (ed. Porson.) et Suidas (ed. Bekker.).

Propriam explicationem lexicographus B. A. p. 465_5 et Timaeus p. 57 (ed. Ruhnken.) afferunt: ὁ μὴ ἔχων ἐν τοῖς πολίταις οἰκίαν ἰδίαν.

Supplicum autem loco illam tantum explicationem probandam esse, quam supra litteris latius dispositis signavi, eo comprobatur, quod Suppl. v. 626 legitur. Argivorum enim rex in contione dixerat, si advenae repulsam ferrent, ξενικὸν ἀστικόν θ᾽ ἅμα — διπλοῦν μίασμα futurum esse, quod nihil aliud nisi vocis ἀστόξενος periphrasim esse recte scholiastes intellexit, qui adnotat: διπλοῦν καθὸ καὶ ξένους ὄντας παρορῶμεν καὶ συγγενεῖς δειχθέντας οὐκ ἐλεοῦμεν.

5) δορύξενος. A. 871. Ch. 560.

Aristoph. Byz. p. 191 (ed. Nauck.)[3]): δορύξενοι δέ, ὡς εἰκός, οἱ κατὰ τὸν πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησάμενοι.

Plut. Quaest. Graec. § 17[4]): τίς ὁ δορύξενος; ὁ λαβὼν

[1]) προξένων, ἀστοξένων, δορυξένων, ἰδιοξένων.

[2]) cf. p. 485.

[3]) fragm. Paris. § 15.

[4]) t. II 1. p. 195 ed. Wyttenbach.

αἰχμάλωτον ἀπῆγεν οἴκαδε καὶ μεταδοὺς ἁλῶν καὶ τραπέζης ἀπέπεμπεν οἴκαδε. Ὁ μὲν οὖν τὰ λύτρα κομίσας ἐπῃνεῖτο καὶ φίλος ἀεὶ διετέλει τοῦ λαβόντος, ἐκ δορυαλώτου δορύξενος προσαγορευόμενος.

Quocum facit Ammonius, qui p. 119 (ed. Valcken.) dicit: ὁ κατὰ πόλεμον γενόμενος φίλος. ἀλεὲς γὰρ (?) [1]) ξενίων τυχὼν ἀφείθη πρὸς τοῦ πολεμίου λύτρα λαβόντος μνάδην ἢ τεταγμένη (?). [2]) κομίσας δὲ καὶ φυλάξας τὴν πίστιν, ἐγένετο φίλος, καὶ δορύξενος ἐκαλεῖτο.

Pollux III 60: δορύξενος δὲ ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὸν πόλεμον ἐπιμιξίας τὴν γνῶσιν πεποιημένος.

Eustathius p. 405 33 sqq. [3]): δόρυξενοι δὲ οἱ ἐκ πολέμου ξένοι γεγονότες τισίν. Παυσανίας φησίν, ὅτι δορύξενος ὁ ἐκ πολεμίων φίλος καὶ ὁ πρεσβεύων περὶ λύτρων.

p. 485: δορύξενος δὲ ὁ πολέμου χάριν ἢ ἐκ πολέμου φιλωθεὶς ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης.

Est igitur δορύξενος vir, qui ex hoste amicus factus est. Cuius rei singularis ratio ea est, quam Plutarchus (et Ammonius) de Megarensium quinque pagorum incolis narrat.

Strophium autem, qui duobus illis locis Aeschyleis δορύξενος nominatur, olim Atridarum hostem fuisse nusquam commemoratur, ut statuere liceat prioris compositi membri (ut saepissime posterioris, cuius rei infra exempla afferam) vi debilitata compositum synonymum fere factum esse simplicis substantivi ξένος; quod iam Valckenaerius sensit, qui ad Ammonium p. 152 adnotat: „neque in Aeschyli Ch. 560 et 914 propriae significationis adeo habenda est ratio.“ Idem mihi dicere videtur scholiastes ad Soph. Oed. Col. v. 632 (ed. Elmsl.): δορύξενος· φίλος· Ἁπλοϊκώτερον δορυξένους καλοῦσι καὶ τοὺς ὅπως δήποτ' οὖν ἐπιξενωθέντας.

Quamquam autem mihi certum est priorem compositi partem dativi loco esse [4]), tamen non contendere audeo δορί-

---

[1]) vid. Valcken. animadv. ad Ammon. p. 119—20.

[2]) vid. Valcken. l. c.

[3]) vid. supra s. v. ἀστόξενος.

[4]) cf. antithesim illam Plutarcheam: ἐκ δοριαλώτου (ita, non δορυαλώτου, legendum est. vid. infra) δορύξενος προσαγορευόμενος.

ξενος scribendum esse. Omnibus enim locis, quibus compositum legitur, omnes codices ο praebent, uno loco excepto. Eurip. Androm. 979 enim in codice Palatino 287 δορίξενος invenitur. At huic libro parum auctoritatis est.

6) ἰατρόμαντις A. 1623. E. 62. S. 269.

E. 62 in composito posterioris membri notio valde debilitata est.

Nam de Apolline dicitur:

ἰατρόμαντις δ' ἐστὶ καὶ τερασκόπος
καὶ τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος.

Quod iam compositi parte posteriore continetur, separatim quoque vocabulo τερασκόπος exprimitur; quo membrum — μαντις fere nullam vim habere satis apparet.

cf. schol.: ὥστε, εἰ θεραπείας χρεία, ἰατρός ἐστιν, εἴ τε μαντείας, τερασκόπος, εἴ τε καθαρμῶν, καθάρσιος.

S. 269:

Ἆπις γὰρ ἐλθὼν ἐκπέρας Ναυπακτίας
ἰατρόμαντις παῖς Ἀπόλλωνος.

Hic quoque membrum prius valde praeponderat; nam Apis proprie medicus est. vid. v. 267. Attamen membrum posterius vim suam non plane amisit. Illis enim temporibus medici divinum quoddam habebant, aliqua ex parte vates erant. cf. Eust. p. 48 35 sqq.: φασὶ καὶ ὅτι κοινή πως ἐστι τέχνη ἰατρικὴ καὶ μαντική. Μελάμπους οὖν καὶ Πολύειδος ἀμφότεροι ἐπ' ἀμφοῖν ἔνδοξοι ἐγένοντο. καὶ Αἴσχυλος δέ που τὸν ἰατρὸν μάντιν ὀνομάζει.

Asclepius, omnium medicorum parens [1]), Apollinis, oraculorum dei, filius erat (hym. Hom. 15). Medicinae primordiis vulnera ἐπῳδαῖς sanabantur. Aegroti in Asclepiadeis, quae et templa et nosocomia erant, dormitabant, ut deus morbi remedium somniis aperiret. cf. Aristoph. Plut. v. 653—747.

Ita semper cum medicina ars vaticinia coniuncta erat. cf. Haeserum ‚Geschichte der Medizin' 1853 I p. 1: „So folgt der rohen Empirie sehr bald eine gewisse Theorie; zuerst diejenige, welche Krankheiten vom Zorne der Götter

1) cf. Plat. Symp. p. 168 E, ubi Eryximachus medicus dicit: ὁ ἡμέτερος πρόγονος Ἀσκληπιός, ὥς φασιν οἵδε οἱ ποιηταὶ καὶ ἐγὼ πείθομαι.

herleitet und durch religiöse Mittel zu sühnen sucht. Die ersten Aerzte sind die Weisen des Volkes, die Priester. Deshalb steht die Heilkunde bei allen Völkern des grauen Altertums, sowie bei denen, die sich noch jetzt im Urzustande beobachten lassen, in der innigsten Verbindung mit dem religiösen Kultus."

A. 1623.

δεσμὸς δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες
δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν
ἰατρομάντεις.

Membrum posterius fere nullam habere vim in propatulo est.

Aliud quoque in composito ἰατρόμαντις monendum est. Legitima enim compositi determinativi membrorum positio ea est, ut id membrum, quo alterum determinatur, priorem locum obtineat. Cui legi omnia alia huius classis exempla respondent. (ἀστόξενος, ut exemplum afferam, est ξένος, qui quadam ex parte ἀστός quoque est.) Sed iam Justius l. c. p. 89 sq. docuit:

„Die beiden Substantiva können ihre Stellung wechseln" neque prudenter mihi Gustavus Meyerus C. St. V p. 7 sqq. fecisse videtur, cum Justium refellere studeret et ἰατρόμαντις quoque solitam positionem habere contenderet; ἰατρόμαντιν enim esse maxime μάντιν, qui quadam ex parte ἰατρός quoque esset. Satis iam supra ostendisse mihi videor, prius compositi membrum ἰατρός fere omnem habere vim, cum posterius illud paululum determinet.

7) ματροκασιγνήτη (x) E. 963.

Furiae precantur: ὦ Μοῖραι ματροκασιγνῆται.

Vocabulorum πατροκασίγνητος ‚patruus' et ματροκασιγνήτη ‚amita' analogia ματροκασιγνῆται nihil aliud significare potest nisi, ‚matris sorores', minime autem ‚κασιγνῆται ὁμομήτριαι', ut O. Muellerus compositum explicare voluit.

Cum illa notione, ‚materterae' optime reverentia congruit, qua Furiae Parcas imprecantur; quae multo melius in materteras quam in sorores cadit.

Dicunt enim:

δαίμονες ὀρθονόμοι
παντὶ δόμῳ μετάκοινοι,
παντὶ χρόνῳ δ' ἐπιβριθεῖς
ἐνδίκοις ὁμιλίαις,
πάντᾳ τιμιώταται θεῶν.

Quid autem de Furiarum et Parcarum affinitate traditum est?

Hesiodi theog. v. 217 legitur:

Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους

(sc. Νύξ). [1])

Sed hic versus et quinque, qui sequuntur, recte a Goettlingio Hesiodo abrogati sunt, quod v. 185 Furiarum mater Terra et v. 904 genitrix Parcarum Themis nominatur.

Nocte autem Parcas natas esse fragmento incerti auctoris [2]) Stob. Ecl. I 5_{12} (ed. Meinek.) traditum est:

Κλωθὼ Λάχεσίς τ' εὐώλενοι
κοῦραι νυκτός. [3])

Hesiodi autem vera Parcarum et Furiarum genealogia est haec:

Chaos 116. et Gaia 117.
V
Nox 123. Themis 135. Erinyes 185.
V
Parcae 904.

Cui genealogiae cum nihil sit commune cum Aeschylea, non est, cur composito ματροκασιγνῆται vim afferamus neque credamus, Aeschylum propriam genealogiam habuisse, qua Nox et Parcae sorores et ita Parcae Furiarum, Noctis filiarum, materterae erant.

8) οἰκοφύλαξ S. 26.

9) ὀνειρόμαντις Ch. 33.

φόβος — δόμων ὀνειρόμαντις. Quod scholiastes recte ita explicat: δι' ὀνείρων τοῖς δόμοις μαντευόμενος. et ad v. 35: ἀναλακεῖν καὶ βοῆσαι τὴν Κλυταιμνήστραν ἐποίησεν ὁ σαφὴς φόβος δι' ὀνείρων.

---

[1]) Κῆρας esse Furias et epitheto νηλεοποίνους et versibus Aesch. Sept. 1047 Eurip. El. 1248 Herc. fur. 862 manifestum fit.

[2]) vid. Meinekium p. XXX.

[3]) Plato in Rep. X p. 617 D Parcas θυγατέρας τῆς ἀνάγκης appellat, quod merum philosophi inventum esse apparet.

Usitata significatione ‚somniorum interpres, ἀναλυτήρ' Aeschyli maiorem natu aequalem Magnetem compositum in ‚Lydis' adhibuisse Julius Pollux tradidit.

10) Πυθόμαντις Ch. 1028.

Priorem compositi partem locativi loco esse censeo. cf. Ch. 900. 939. A. 1254. Soph. Oed. R. 965.

11) φιτυποίμην (x) E. 912.

Mediceus habet: φιτυποιμένος. Accentum correxit Lobeckius Paralip. p. 195: „Oxytóna, cum componuntur, accentum mutant, μελλείρην, ἀρχιποίμην" etc.

12) στρατόμαντις (x) A. 125.

Appendix:

1) χειρωναξία Ch. 757.

2) πατραδέλφεια (x) S. 38.

Med.: πατραδελφίαν (x), quod metri causa Pauwius correxit.

I 2. Huius quoque classis composita in litteras digesta sunt.

1) ἀληθόμαντις (x) A. 1240.

G. Meyerus C. St. VI p. 252 contendit in compositis, quae in μαντις exeant, ut νεκρόμαντις, ὀνειρόμαντις οἰωνόμαντις, aliis, membrum posterius verbalem naturam nominis agentis quodammodo retinere et prius ut obiectum regere. Quam sententiam Clemmius C. St. VII 85, causis minime allatis, oppugnat. Ad Meyeri sententiam confirmandam haec addo:

Eur. Hec. 1245: Ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.
Eur. Or. 355: ὁ ναυτίλοισι μάντις ἐξήγγειλέ μοι.
Eur. Heracl. 65: μάντις δ' ἦσθ' ἄρ' οὐ καλὸς τάδε.

2) κοινοβωμία (x) S. 228.

πάντων δ' ἀνάκτων τῶνδε κοινοβωμίαν
Σέβεσθ'.

Hoc et duo sequentia composita mea quidem sententia non ab adiectivis derivata sunt, sed vera composita putari debent; ia — suffixum a poeta adhibitum est, ut abstractus sensus intellegeretur.

Ad rem conferatur:

Paus. VIII 37 7 (ed. Siebelis.) ὑπὲρ δὲ τὸ ἄλσος — καὶ θεῶν ἄλλων εἰσὶ βωμοί. τῷ τελευταίῳ δὲ ἐπίγραμμά ἐστι, θεοῖς

αὐτὸν τοῖς πᾶσιν εἶναι κοινόν. ibid. § 15: ἔστιν οὖν βωμὸς ἐν τῷ οἰκήματι θεοῖς πᾶσιν ἐν κοινῷ.

Strabo. XIII. p. 605. (ed. Meinek.): ἐπὶ δὲ τῷ Λεπτῷ βωμὸς τῶν δώδεκα θεῶν δείκνυται.

3) μεσημβρία. S. 754.

ἐν μεσημβρίας θάλπει. [1])

De parasitica littera β exponit Chalkiopulos in dissertatione ‚de sonorum affectionibus, quae percipiuntur in dialecto neolocrica' C. St. V p. 364 d: „b intercalcatur inter m, l et r. Sic vocabulum γεώμορος syncope vocalis o facta pronuntiatur a Locris ut γιόμβρο. Prorsum eodem modo apud veteres ex μεσημερία — μεσημβρία factum est."

4) νεολαία S. 695.

5) ὁμήγυρις A. 4. Ch. 10.

6) ὀρθομαντεία [x] A. 1214.

7) πανήγυρις A. 836.

8) παροφώνημα [x] A. 1448.

Dubitari potest, παροφώνημα utrum sit derivatum a verbo παροφωνέω (Arist. Eccl. 226. Cratinus frag. 91 ed. Meinek) an compositum, ut equidem censeo, ex πάροφος [x] et ὤνημα (C. I. G. I p. 121 nr. 82 24 ὠνήματα).

9) πολυμνήστωρ (x) S. 544.

10) ψευδόμαντις A. 1194.

vid. supra s. v. ἀληθόμαντις.

Appendix:

μεσημβρινός A. 570.

13. 1) αὐτανέψιος S. 995.

2) αὐτόμαρτυς (x) A. 979.

Hesychius: αὐτόμαρτυς· ὁ ἑαυτῷ μαρτυρῶν.

14. 1) πρωτόμαντις E. 2.

2) δίαυλος A. 356.

Significat ‚curriculum duplex', proprie ‚tubus duplex'.

De voce αὐλός cf. Athen. p. 189 C: ἔτι δὲ αὐλὸς μὲν τὸ ὄργανον, ᾧ διέρχεται τὸ πνεῦμα, καὶ πᾶν τὸ διατεταμένον εἰς εὐθύτητα σχῆμα αὐλὸν καλοῦμεν, ὥσπερ τὸ στάδιον.

15. Vocabula litterarum ordine disposita sunt.

1) αἴλινος.

[1]) Med. μεσημβρίαι, quod Schuetzius correxit.

αἴλινον εἰπέ A. 124. 145. 169. Substantivum compositum e voce lugubri αἶ Λίνος ortum est, ut hypostaseos [1]) forma quaedam statuenda sit.

2) δάπεδον Ch. 794.

In stropha (v. 783) respondet πᾶν ἔπος.

vid. Etymol. Mag. p. 248 10 sqq. (ed. Gaisford.): παρὰ τὸ δα ἐπιτατικὸν γίνεται· τουτέστιν τὸ μέγα καὶ πλατὺ πέδον, ὅ ἐστιν ἔδαφος. Τὸ δὲ δα γίνεται ζα, κατὰ μετάθεσιν τοῦ Δ εἰς Z. ὅθεν καὶ Ζάπλουτος, ὁ πάνυ πλούσιος.

ζα est forma Aeolica pro διὰ (Curtius E. [4] p. 602). ζάπεδον dicit Xenophanes apud Athenaeum XI. 462 C. Pro ζα forma Dorica est δα (Curtius E. [4] p. 606). Itaque α vocalis compositi δάπεδον suo iure brevis esse solet. Bis autem ab Aeschylo producitur, Ch. 794 et Prom. 855. Porsonus ad Eur. Or. 824, Hermanno ad Aesch. Prom. 830 probatus, iis locis, quibus α producitur, γάπεδον scribendum esse censet, cum Dindorfius (Philol. 20 52) λάπεδον (x) proponat. Hermannus affert Lycophr. v. 617:

τοῦ τειχοποιοῦ γαπέδων ἀμειβέως,

„ubi libri confirmant hanc scripturam."

At primum locus obscurus et fortasse Dindorfii coniectura λαπέδων sanandus est.

Deinde codex E (editionis Scheerianae 1881) et alii minores δαπέδων praebent.

Sed alia ex causa Porsoni et Hermanni mutatio repudianda est. γάπεδον enim vel γήπεδον est nusquam ‚solum', sed ubique ‚ager', ‚hortus'. [2])

Quare censeo Aeschylum δάπεδον prima syllaba producta dixisse. Fortasse illud praefixum δα confudit cum Dorica forma δᾶ pro γᾶ a scenicis haud raro usitata, [3]) quam

[1]) De qua Latinis praecipue exemplis illustrata Usenerus Fleckeisen. ann. 117 p. 71—80 disseruit.

[2]) cf. Plat. Leg. p. 741 C: τὸ πριάμενον ἢ ἀποδόμενον ὧν ἔλαχεν οἰκοπέδων ἢ γηπέδων. Aristot. Polit. II 5 1 opponit inter se γήπεδα ‚agros' et καρπούς ‚agrorum fructus'.

[3]) cf. Aesch. Prom. 589 ἂ δᾶ schol. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν. δῆν καὶ δᾶν φασιν. Aesch. Eum. 844 οἶ οἶ δᾶ, φεῦ. schol. δᾶ· ὦ γῆ Δωρικῶς. Aesch. A. 1056 ποποῖ δᾶ. schol. γῆ Δωρικῶς. Eur. Phoen. 1302 φεῦ δᾶ. Aristoph. Lys. 198 (Laconis loquitur) φεῦ δᾶ.

etymologiam vocis δάπεδον Eustathius p. 436 41 affert: γίνεται δὲ παρὰ τὸ δᾶ, ὃ δηλοῖ Δωρικῶς τὴν γῆν, καὶ τὸ πέδον.

3) εἴσοδος E. 30.

4) ἔφοδος E. 372.

5) πρόμαντις Ch. 754.

6) πρόξενος S. 425. (500.)[1] 930. 931.

πρόξενος est hospes ante omnes alios. Aliqua enim civitas in alia civitate civem quendam destinabat, qui illius rei publicae civibus in ipsius urbe versantibus apud iudices patrocinaretur, omnibus in negotiis eos adiuvaret, legatos domo exciperet, similibus muneribus fungeretur.

Quorum laborum ut praemium haberet, talis vir a civitate, quae ei munera illa mandaverat, multis et gravibus beneficiis donabatur, quae enumerat Meierus in libello, qui inscribitur 'Commentatio de Proxenia sive de publico Graecorum hospitio' Halis 1843 p. 18 sqq.

Sunt haec:

a) πρόσοδος πρός τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον ἐάν του δέηται πρώτῳ μετὰ τὰ ἱερά.

b) προδικία. Licebat viro hoc beneficio donato postulare, ut actio ab ipso instituta ante omnes ceteras causas diiudicaretur.

c) καὶ εἴσπλους καὶ ἔκπλους καὶ εἴσοδος καὶ ἔξοδος καὶ εἰσαγωγὴ καὶ ἐξαγωγὴ καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί.

d) ἀσφάλεια καὶ ἀσυλία καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης καὶ κατὰ γῆν καὶ θάλατταν.

e) ἔγκτησις i. e. commercium.

f) ἐπινομία i. e. ius pascui.

g) ἰσοτέλεια.

h) ἀτέλεια.

i) ἰσοπολιτεία.

k) πολιτεία.

Haec erant privilegia, quorum alia ab aliis civitatibus una cum proxenia proxenis concedebantur; neque enim ulli homini omnia ab ulla civitate data sunt.

Inspiciantur haec grammaticorum testimonia:

---

[1]) Med. προς ξένον. corr. Canterus.

Hesychius: πρόξενος· φίλος· ὁ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ξένων (cod. ξενίᾳ) προϊστάμενος.

Aristoph. Byz. p. 191: πρόξενοι δὲ καλοῦνται οἱ κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάται πόλεων ὅλων γινόμενοι καὶ φροντισταί.

In solos Lacedaemonios Eustathii p. 405 explicatio cadit: Οἱ ῥηθέντες πρόξενοι χειροτόνητοι ἦσαν ἢ ὑπὸ δήμου ἢ ὑπὸ βασιλέων. Ἡρόδοτος οὖν[1]) γέρας εἶναί φησι τοῖς βασιλεῦσιν ἐν Σπάρτῃ τὸ καὶ προξένους ἀποδεικνύναι, οὓς ἂν θέλωσι τῶν ἀστῶν.

7) προστόμιον (x) S. 3.

schol: τινὲς τῆς Φάρου. Αἰγύπτου προπάροιθεν γάρ ἐστιν. ἄμεινον δὲ τὰ στόμια ἀκούειν, πλεοναζούσης τῆς πρό. διὰ γὰρ τοῦ Ἡρακλεωτικοῦ στομίου τὴν φυγὴν ἐποιήσαντο.

8) σύν- vel ξυνέμπορος. S. 950. Ch. 207. 709. 729.

Πρυμνησίων [ξυνεμβόλοις] A. 974.

Hermannus correxit in ξὺν ἐμβολαῖς.

9) χαμεύνῃ. A. 1541.

Ephymnium v. 1539—49 post v. 1565 repetendum esse Burneius vidit.

II 1. Duo totius classis vocabula adiectiva, cetera participia posteriore loco habent. Quadraginta novem compositorum dimidio plura (26) ἅπαξ εἰρημένα sunt. In omnia illa lex cadit, quam L. Schroederus in quaestione sua ‚Die Accentgesetze der homerischen Nominal-Komposita' [2]) p. 118 statuit: „Dagegen ist die Accentzurückziehung so gut wie ausnahmslos durchgeführt bei den sehr zahlreichen Kompositis mit einem Participum auf το im zweiten Gliede." Similiter iam antea Goettlingius in libro ‚de accentu' Jenae 1835 p. 313 docuerat: „Die Adjektiva Verbalia auf τος sind im Allgemeinen Oxytona als Parasyntheta, Barytona als Syntheta."

In vocabulorum enumerandorum dispositione primo loco duo adiectiva posui, deinde participia litterarum ordine attuli.

1) νυκτίσεμνος (x) E. 108.

2) ποδώκης Ch. 547.

Notanda est mutatio membri posterioris, quae in secunda

[1]) VI 57.
[2]) K. Z. 24. p. 101—128.

classe alio loco non reperitur. De forma decrepitae Graecitatis ποδῶκυς Lobeckius ad Phrynich. p. 537—38 disseruit.

3) αἰχμάλωτος A. 346. 1441. E. 403.

4) ἀνδροδάϊκτος Ch. 859.

κοπάνων ἀνδροδαΐκτων. cf. Aristoph. Ran. 1264: ἀνδροδάϊκτον — κόπον.

Praeterea forma δάϊκτος activa notione adhibetur Aesch. Pers. 106: πόλεμον πυργοδάϊκτον; passive autem λουτροδάϊκτος (vid. infra) dictum est.

5) ἀξονήλατος (x) S. 187.

6) ἀργυρώνητος A. 940.

7) ἀρείφατος.

E. 914 τῶν ἀγώνων ἀρειφάτων compositum activa significatione dicitur, ut in fragm. 143. (ed. Nauck.), quod Hesychius tradidit:

ἀρείφατον λῆμα, ἰσχυρόν, ἀντὶ τοῦ Ἄρει ἐοικώς. Αἰσχύλος ἐν Νεανίσκοις.

Praeter hos locos compositum active dicitur Arg. Orph. 516 (ed. Hermann.)

Ἀλλ' ὅτ' ἐς Ὠκεάνοιο ῥόον βαπτίζετο Τιτήν
μήνη δ'ἀστροχίτων ἔπαγεν μελαναυγέτιν ὄρφνην,
τῆμος ἀρηΐφατοι κίον ἀνέρες.

et v. 847:

Εἰ μέν κεν Κόλχοισιν ἀρηϊφάτοισιν ἐσάντα
μαρνάμενοι ἐπιθῆσθον, ἀποφθίσει μένος ἄνδρας.

Apud Homerum ἀρείφατος semper est ‚in proelio occisus'. Passovius s. v. ἀρείφατος docet: „Bei Spätern (quam Homerus) scheint es die allgemeine Bedeutung von Ἄρειος bekommen zu haben." cf. fragmentum supra allatum et Etym. Mag. p. 139 20: ἀρείφατος· πολεμικός.

8) βούθυτος Ch. 260. S. 714.

Audacter notione activa de ἡμέρα et τιμή dictum est.

9) γάποτος Ch. 96. 164.

10) γομφόδετος (x) S. 859.

11) γυναικογήρυτος (x) A. 493.

12) δακτυλόδεικτος (x).

A. 1331: μελάθρων δακτυλοδεικτῶν. Accentum Schuetzius

correxit.[1]) cf. Lucian. 'Ενύπνιον § 11 [2]): τοιαῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστος τὸν πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος λέγων.

Horat. Carm. IV 3 $_{22}$: Quod monstror digito praetereuntium Romanae fidicen lyrae.

13) δημήλατος (x). S. 622.

ἄτιμον σὺν φυγῇ δημηλάτῳ. δημήλατος est ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθείς (Steph. Byz.)

Optime se habet pleonasmus in φυγὴ δημήλατος.

14) (δημόκραντος (x)) A. 464.

Libri δημόκρατος praebent, quod Porsonus correxit.

A. 464 ἀρᾶς δημοκράντου. schol. δημοσίας ἀράς.

ἀραὶ δημόσιαι et in bonam et in malam partem fiebant. Prioris generis exemplum apud Herodotum (VI 63 $_4$ ed. C. Mueller.) exstat. Alterius generis exempla sunt Demosth. p. 270 [3]) et p. 363. [4])

15) δημόπρακτος (x) S. 953.

16) διόσδοτος A. 1390. E. 629.

De prioris membri natura recte mihi iudicasse videtur Neckelius, qui in dissertatione inaugurali 'de nominibus Graecis compositis, quorum prior pars casuum formas praebet' Lips. 1882 p. 17 adn. suspicatur, διοσ- ortum esse ex ablativi forma διοτ.

17) δορύπαλτος (x) A 119. χερὸς ἐκ δορυπάλτου.

Omnino non intellego, cur Turnebus, quem omnes editores secuti sunt, Medicei scripturam optimam δορύπαλτος i. e. πάλλων τὸ δόρυ (ut δορυσσόος) in δορίπαλτος mutaverit. Immo equidem δορίπαλτος, si traditum esset, in δορύπαλτος mutarem. [5])

---

[1]) vid. sup. p. 21.

[2]) I 8 ed. Jacobitz.

[3]) περὶ τοῦ στεφάνου § 130 ed. Baiter. Sauppianae.

[4]) περὶ τῆς παραπρεσβείας § 70. 71.

[5]) Quod Lobeckius ad Ai. p. 133 ed. III dicit „Itaque etiam δορίπαλτος apud Aeschylum dubito an sine idonea ratione in δορύπαλτος mutatum fuerit", ita tantum explicare possum, ut Lobeckium bonorum librorum scripturam omnino non scivisse censeam. Scilicet Hermanni editio Aeschylea' anno 1852 facta est, Lobeckii Aiacis editio altera ab ipso curata a. 1835.

18) δορίτμητος (x) Ch. 346.

Valde mihi arridet Stanlei conictura δορίδμητος, quoniam saepissime Homerus et tragici poetae δαμάζειν pro ἐναρίζειν dicunt.

19) (ἐριόστεπτος (x)) S. 22 κλάδοι ἐριόστεπτοι. Mediceus: ἱερόστεπτοι. Auratus correxit. vid. E. 45. S. 336.

20) (ἡμερόφαντος (x)) A. 82. ὄναρ ἡμερόφαντον. Mediceus: ἡμερόφατον, quod Triclinius (cod. h) correxit. cf. sup. δημόκραντος.

21) θεήλατος A. 1296. βοῦς θεήλατος.

Bonum omen erat, hostiam sua sponte ad aram properare; eam autem reluctari, malum putabatur prodigium. Rupertius ad Juvenal. sat. 12 $_5$ adnotat: „Adumbratur hoc loco et quidem praeclare natura ferocis vituli, non, ut quidam putant, valde reluctantis, quod mali erat ominis. Nam ‚observatum est a sacrificantibus, ut, si hostia, quae ad aras duceretur, fuisset vehementius reluctata ostendissetque, se invitam altaribus admoveri, amoveretur, quia invito deo offerri eam putabant'. (Macrobius Sat. III 5 $_8$ ed. Eyssenhardt.)" cf. Tacit. Ann. XV 7. Hist. III 56. Martial. IX 31 $_{5.\ 6.}$ (ed. Schneidewin.):

‚Ipse suas anser properavit laetus ad aras
Et cecidit sanctis hostia parva focis.

22) θεόκραντος A. 1489.

23) θεοστύγητος (x) Ch. 633.

24) θεοτίμητος A. 1336.

25) θεοφόρητος A. 1135.

26) θέσφατος.

A. 1320 μόρος θέσφατος. Compositum hoc loco, ut multis aliis (cf. Il. VIII 477. Od. IV 561. X 473. Pind. Pyth. IV 71. Eur. Iphig. Aul. 1553), significat: ‚a deo constitutus', non ‚praedictus'.

Totam suam vim membrum posterius in compositis θέσπιος et θεσπέσιος amisit. Bene de hac re disseruit Phil. Buttmannus in Lexil. [2] I p. 166 sq.

τὸ θέσφατον: A. 1100. 1122. 1124. E. 597.

θες- ortum est e θεσο. Talis syllabae oppressio minime rara est. cf. Neckelium l. c. p. 16.

27) (καρδιόδηκτος (x)) A. 1472.

κράτος καρδιόδηκτον. Notio est activa. Libri habent καρδία δηκτόν, quod Abreschius correxit.

28) κασίγνητος A. 339.

Etym. Mag. 493 14 sqq., cuius cum etymologia grammaticus in Crameri Anecd. Oxon. I 238 12 consentit, hoc docet: κασίγνητος· παρὰ τὸ κάσις, ὃ σημαίνει τὸν ἀδελφόν, καὶ τὸ γνής, γνητός, ὃ σημαίνει τὸν γνήσιον. τοῦτο ἐκ τοῦ γεννῶ.

Item compositum Schroederus l. c. p. 550 et Vanicekius E. p. 189 explicant.

29) κιρκήλατος (x) S. 63.

30) λουτροδάϊκτος (x) Ch. 1069.

vid. sup. ἀνδροδάϊκτος.

31) (λυκοδίωκτος (x)) S. 353. Mediceus: λευκόδικτος. Et sensui et metro Godofredus Hermannus ingeniose opem tulit, cum scriberet: λυκοδίωκτον ὡς δάμαλιν. cf. schol. ad v. 357: τῷ ἑαυτῆς βοτῆρι σημαίνουσα τοὺς διωγμούς.

32) μοιρόκραντος Ch. 610. E. 395.

33) νυκτίπλαγκτος.

Ut πολύπλαγκτος ab Homero et intransitive (Od. XVII 425. 511.) et transitive (Il. XI 308.) adhibetur, ita ab Aeschylo νυκτίπλαγκτος.

Certe intransitive dicitur A. 12 εὐνὴ νυκτίπλαγκτος i. e. custos in palatii tecto circumvagans modo hic modo illic decumbit; nimirum verus lectus viro datus non est, quoniam semper vigilare debet. Praeter hunc locum compositum intransitive Ch. 522 dictum esse videtur:

ἐκ τ' ὀνειράτων
καὶ νυκτιπλάγκτων δειμάτων πεπαλμένη.

Dubitari potest A. 342: πόνος νυκτίπλαγκτος.

Transitive Aeschylus composito Ch. 747 utitur: κελεύματα νυκτίπλαγκτα.

Nutrix enim Orestis labores suos ac merita de Agamemnonis filio describere vult, cum narrat se infantis amore coactam esse ad puerum sedandum noctu deserta palatii conclavia pervagari.

De prioris membri forma Neckelius l. c. p. 44 disserit: „Nominis νύξ stirpem antiquitus νυκτι sonuisse tam certe de-

monstratur formis Latinis (nocti) et Germanicis (Nachtigall), ut non habeamus, quod addamus. Sufficiat enumerare optumae aetatis formas, quarum in plerisque de dativo ne cogitari quidem posse facile intelleges. Sunt hae: νυκτίβρομος Eur. — κόραξ — κρυφῆς Aristot. — νομος id. — πλαγκτος Aesch. — πόλος Eur. — σεμνος — φοιτος — φρούρητος Aesch."

34) νυμφόκλαυτος (x) A. 748.

Ἐρινὺς νυμφόκλαυτος. i. e. ‚a nymphis defleta'. Furia ita nominatur propter sponsorum et maritorum caedes, quae illius adventu factae sunt.

35) ξιφοδήλητος. A. 1530. Ch. 725.

Compositum his tantum locis et quidem active de ἀγών et θάνατος dicitur.

36) οἰστροδόνητος. S. 582.

37) ὀνειρόφαντος (x) A. 429.

38) παιδότρωτος (x) E. 499.

39) ποδένδυτον (x) Ch. 996.

40) πορφυρόστρωτος (x) A. 901.

41) Πυθόκραντος (x) A. 1254.

42) Πυθόχρηστος Ch. 900.

μαντεύματα Πυθόχρηστα. Idem compositum Ch. 939. legendum esse vidit Butlerus; quo loco Mediceus praebet: ὁ [Πυθοχρήστας (x)] φυγάς. schol. ὁ ὑπὸ Πυθοῦς[1]) χρησθεὶς Ὀρέστης. Πυθοχρήστης autem nihil aliud significare potest nisi ‚Πυθοῖ vaticinans'.

43) πυρίδαπτος (x) E. 1042.

44) πυρίφατος (x) S. 641.

45) φοινικόβαπτος (x) E. 1024.

46) χαλκήλατος Ch. 289.

47) χρυσήλατος E. 182.

48) (χρυσόκμητος (x)) Ch. 615.

ὅρμοι χρυσόκμητοι. Mediceus: χρυσεόδμητοι cum metri vitio. Correxit Hermannus.

49) χρυσόπαστος A. 769.

Appendix:

1) δημηλασία (x) S. 6.

2) ποδώκεια E. 37.

---

[1]) rectius ὁ Πυθοῖ vid. sup. s. v. Πυθόμαντις p. 17.

II 2. Hac classe triginta quinque composita continentur, quae litterarum ordine enumerabo. Duodecim habent loco posteriore adiectivum, viginti tria participium. Illorum duodecim vocabulorum octo a voce παν incipiunt, reliqua in quattuor diversas voces dividuntur. Quinta tantum pars (5) compositorum, quae participium loco posteriore praebent, a παν incipit, tertia (8) a πολυ, reliqua (10) in quinque diversas priores partes secernuntur.

A. Membrum posterius adiectivum est.

1) βαθυχαῖος (x) S. 870.

schol. βαθυχαῖος· ἡ μεγάλως εὐγενής. χάοι γὰρ οἱ εὐγενεῖς. Hesychius χαιός· ἀγαθός.

Aristoph. Lys. 91. χαΐα ναὶ τὼ σιώ, Κορινθία δ' αὖ. schol. ἀντὶ τοῦ ἀγαθή.

ibid. 1157. οὔπα γυναῖκ' ὄπωπα χαϊωτέραν. schol. ἀγαθωτέραν. cf. Vanicekium p. 378: χα-το χα-τ-jo (cf. φίλος-φίλιος). χα-σ-ιο-ς χαιος.

Cum Supplicum versus 860, qui in stropha versui 870 respondeat necesse est, haud parvam offensionem habeat, decernere nequimus, utrum βαθυχαῖος an βαθυχάϊος scribendum sit. Sed Aristophanis exempla intuenti forma βαθυχάϊος mihi verisimilior est.

2) δυσοδοπαίπαλος (x) E. 390.

schol. δυσπαράβατα καὶ τραχέα. δύσοδος Thucyd. I 107. Poll. III 96, παίπαλος Callim. Hymn. in Dianam v. 194 legitur.

3) ὀρθοδίκαιος (x) E. 995.

4) παναλαθής S. 88.

5) πανάθλιος Ch. 427. 691.

6) παναίτιος. A. 1487. (Ch. 909.) E. 200.

Ch. 909 Clytaemnestra, ut se Agamemnonis caedis culpa purget filiique veniam impetret, affirmat:

ἡ Μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.

Adiectivum παραίτιος, cum apud scriptores pedestres posteriorum tantum temporum legatur et ‚socius facti' significet — quam notionem in locum Aeschyleum minime quadrare in propatulo est, quoniam Clytaemnestra omnem culpam Fato tribuere vult —, Bothius optime in παναίτιος correxit.

Idem vitium corrigendum esse censeo Aesch. frag. 43, quod ab Athenaeo XIII p. 600 A ita traditum est: (καὶ ὁ

εμνότατος δ' Αἰσχύλος ἐν ταῖς Δαναΐσιν αὐτὴν παράγει τὴν Ἀφροδίτην λέγουσαν·)

ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν.
ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
ἔκυσε γαῖαν. ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον.
δενδρῶτις ὥρα δ' ἐκ νοτίζοντος γάμου
τέλειός ἐστι. τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος.

Scribendum est π α ν α ί τ ι ο ς.

7) πάγκαλος Ch. 736.

8) πάγκοινος Ch. 456.

ΟΡ. σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις.
ΗΛ. ἐγὼ δ'ἐπιφθέγγομαι κεκλαυμένα.
ΧΟ. στάσις δὲ πάγκοινος ἅδ' ἐπιρροθεῖ.

πάγκοινος ‚omnibus communis' significare solet. vid. Aesch. Sept. 595. Necesse est compositum hoc loco significet: ‚omnia communiter habens, eandem sortem habens (sc. quam Orestes et Electra, qui antea locuti sunt)', ut synonymum adiectivi κοινωνός sit. κοινός hac notione dici testatur scholiastes ad Aristoph. Vesp. v. 917 οὐδὲ τῷ κοινῷ γέμοι. schol. τῷ κοινῷ ἀντὶ τοῦ κοινωνῷ et schol. ad Soph. Ai. v. 267:

ἦ κοινὸς ἐν κοινοῖσι λυπεῖσθαι ξυνών.

schol. ἢ κοινωνεῖν τοῦ παντός.

9) πάλλευκος. E. 353.

Mediceus: πάνλευκος.

Eur. Med. 1153 omnes libri πάλλευκος habent, Med. 30 omnes praeter unum Vaticanum 909 (B), Hec. 496 omnes. νλ rarissima consonantium coniunctio est. G. Meyerus gramm. Graec. ² § 273 unum exemplum affert ἐνλείποντες C. I. A. II 465 9. Passovius in lexico suo addit ἐνλακεύω Nic. Man. Comn. p. 153 c et ἐνλαξεύω Inscr. epigr. Cyzic. Anth. III 9. (ed. Duebner.)

[παμμάταιος (x)].

A. 398 ἄκος δὲ παμμάταιον legitur. Compositum dividendum esse Musgravius vidit, qui ἄκος δὲ πᾶν μάταιον scripsit, quod parva correctura Meinekius ad Euphor. p. 187 in

πᾶμ μάταιον mutavit, recte, ut mihi quidem videtur. cf. Meyerum gr. Gr. § 273.

10) παντόσεμνος. (x) E. 640.

Composita, quae παντο pro παν praebent, fortasse plurimorum illorum compositorum analogia explicanda sunt, quae in commissura vocalem o habent. Praeterea hac forma optime demonstratur, παν in compositis ut formam neutrius generis adiectivi πᾶς, non ut merum adverbium intellectum esse.

11) πάνσοφος S. 322.

Dindorfius in Thesauro s. v. πάνσοφος hoc profert: „Haec forma libris consentientibus legitur in locis tragicorum infra indicandis et apud alios scriptores quosvis. Platoni altera scriptura πάσσοφος locis non paucis ex codicibus et plurimis et optimis est restituta.“ νσ in vocibus simplicibus ultimis tantum Graecitatis temporibus legi — semper fuit in dialecto Cretica —, in compositorum autem commissura non habere ullam offensionem — puto ob id, quod duarum partium coniunctio laxior est —, G. Meyerus gr. Graec. § 273 docet.[1])

12) πολύξενος S. 163.

cf. πολύπικρος Od. XVI 255. πολυπαίπαλος Od. XV 419. πολύιδρις Od. XV 459. πολυδαίδαλος Il. III 358.

B. Membrum posterius participium est.

13) ζώφυτος S. 869. αἷμα ζώφυτον. Notio est transitiva. Ad rem cf. schol. ἀρρενογόνον γὰρ τὸ ὕδωρ τοῦ Νείλου, „ὅθεν Ζεὺς πιὼν ἔτικτεν Ἄρεα.“ Strab. XV p. 695: καὶ Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἄλλα καὶ τὰ ἀμφίβια. τάς τε γυναῖκας ἔσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας. Aelian. de anim. III 33 (ed. Jacobs.): λέγεται δὲ αἴτιος ὁ Νεῖλος εἶναι εὐτεκνότατον παρέχων τὸ ὕδωρ.

14) κακόστρωτος (x) A. 561.

15) νεάγγελτος Ch. 732.

16) νεαίρετος A. 1047. 1049.

17) νεόδρεπτος S. 336.

18) νεόρρυτος (x) A. 1350.

19) ὀξυμήνιτος E. 475.

---

[1]) παν interiectionum quoque vim augere, demonstratur vocabulo κανοίμοι Ch. 874.

Mediceus praebet:

φόνου διαιρεῖν ὀξυμηνίτου δίκας.

Wellauerus in lexico Aeschyleo vertit: ‚iracundia commissus'. Minime autem hoc quadrat in Clytaemnestrae caedem diu excogitatam.

Optime compositi notionem scholiastes perspexit: ἐφ' οἷς[1]) ταχέως μηνίουσιν 'Ερινύες.

Quo scholio usus Porsonus recte proposuit ὀξυμηνίτους i. e. ‚lites propter caedem ortas, quae acrem iram afferunt'.

20) πανάλωτος (x) A. 373. Notio est activa.

21) παγκαίνιστος (x) A. 951.

22) (πανοίμωκτος (x)) Ch. 509.

Chorus Agamemnonis sortem ἀνοίμωκτον vocat, cui adiectivo scholiastes adnotat: πολυθρηνήτου.[2]) Id certum est scholiasten ἀνοίμωκτος aut non legisse aut ei non illam significationem tribuisse, quam adiectivum Ch. 432 habet: ‚non iuste defletus'. Quod minime in locum, de quo agitur, caderet, cum hic de misera Agamemnonis sorte, quam chorus et omnes cives satis defleverunt, verba fiant, illic autem de turpi iustisque caerimoniis carente funere regis.

Legitur autem Aesch. Pers. 468 ἀνοιμώζω eodem sensu quo simplex verbum οἰμώζω. Credas de hoc verbo compositum ἀνοίμωκτος derivandum esse. Sed hoc quoque mea quidem sententia repudiandum est et propter πολυθρηνήτου, quod scholiastes affert, et quod certe Aeschylus operam dedisset, ne audientes in errorem mitteret, qui, si ἀνοίμωκτος audiebant, plane nesciebant, utrum hoc vocabulum ‚defletus' an ‚non defletus' significaret. Quare optime Weilium τῆς πανοιμώκτου τύχης scripsisse censeo.

23) πάμπρεπτος (x) A. 120.

24) πάμφθαρτος (x) Ch. 295.

Activa notione compositum dicitur.

25) παντόφυρτος (x) E 557.

schol. πάντοθεν συνηγμένα. πάμφυρτος eadem notione invenitur Oppian. Halieut. I 779. (ed. Schneider.) Philon. I p. 148 40.[3])

[1]) αἷς Linwoodius.

[2]) ita Engerus verisimillime codicis scripturam πολυθρυλήτου correxit. [3]) I p. 211 ed. Lipsianae 1828 περὶ τῶν Χερουβὶμ § 15.

26) πολυδάκρυτος Ch. 332.
27) πολύευκτος E. 540.
28) πολύκλαυτος A. 1527.
29) πολύμνηστος A. 812. 1459.

Ephymnium post versum 1475 repetendum esse, iam supra commemoratum est.

Praeter hunc locum passiva notione compositum Orph. hym. 5_4 41_2 49_2 adhibetur, activa autem Aesch. A. 812 et Anthol. VI 274.

30) πολύπλαγκτος S. 582. Notio intransitiva est.
31) (πολυπλάνητος Ch. 424.).

Mediceus πολύπλαγκτος praebet, quod metri sanandi causa Blomfieldius correxit.

32) πολύρυτος S. 856.

In Mediceo est εἶθ' ἀνὰ πολύρρυτον, quibus verbis in antistropha (v. 866) μήποτε πάλιν ἴδοιμ' respondent. Metro Wellauerus opem tulit, qui πολύ ρυτον scripsit. Ut enim modo ἐπίσσυτος modo ἐπίσυτος dicitur, prout metrum postulat, ita res in ρ et ρρ sese habere videtur. cf. G. Meyerum gr. Gr. § 290: „Geminierte Liquiden und Nasale werden im homerischen und besonders im attischen Dialekt, nur vereinzelt auch sonst, häufig vereinfacht, ohne dass dabei eine verlängernde Wirkung auf den vorhergehenden Vokal ausgeübt wird."

33) πολύχωστος (x) Ch. 350.
34) φιλαίακτος (x) S. 811.

αἰακτός, lamentans' Aesch. Pers. 1069 legitur.

35) φιλόδυρτος (x) S. 70.

De talibus compositis, quae priore loco formam φιλ (ο) praebent idem significantem quod ἡδέως, προθύμως, optime Osthoffius l. c. p. 160—62 disseruit. Primum φιλο in compositis nomen erat; tum forma verbalis putabatur et nova composita fingebantur, quorum prius membrum regebat posterius, ut φιλοκέρτομος i. e. ὁ φιλῶν τὰ κέρτομα, φίλαρχος i. e. ὁ φιλῶν τὴν ἀρχήν.

Postea autem ne hoc quidem intellegebatur; membrum posterius adiectivum vel participium, prius adverbium esse videbatur, et tum nova composita cum φιλο facta sunt, quo-

rum membrum posterius adiectivum vel participium est. Eiusmodi φιλαίακτος et φιλόδυρτος sunt.

II 3. 1) αὐτοδίδακτος A. 981.
2) αὐτόκλητος E. 171.
3) αὐτόσσυτος E. 171.

II 4. (τριπάχυντος (x)) A. 1477.
τὸν τριπάχυιον
δαίμονα γέννης τῆσδε κικλήσκων.

Et metrum (est systema anapaesticum) et sensum optime Bambergerus sanavit, cum τριπάχυντον scriberet. Daemon ‚ter saginatus' vocatur, quod quasi devoravit Thyestae pueros, Iphigeniam, Agamemnonem.

cf. Aesch. Sept. 756: ὄλβος ἄγαν παχυνθείς.

Cetera propediem edentur.

VITA.

Aemilius Genniges natus sum in oppido 'Mülheim ad Rh.' anno huius saeculi LXV, mensis Septembris die XXIV, patre Mathia matre Maria e gente Schinkenmeyer, quibus adhuc superstitibus gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Cum me puero novem annorum parentes in urbem 'Crefeld' transmigrassent, ibi gymnasii discipulus factus sum, unde vere anni LXXXV maturitatis testimonio instructus Bonnam adii, ubi per quattuor annos studiis philologicis operam navavi. Sodalis ordinarius seminarii et philologici et germanici per ter sex menses fui. Exercitationibus archaeologicis benigne me admisit Kekulé. Vere anni LXXXIX gymnasio Bonnensi aggregatus sum, ut munere candidati probandi fungerer. Eiusdem anni Kalendis Juniis Bonnae examina publica superavi.


Stanford University Libraries
3 6105 005 663 575

